

culi homini exeunt coram et descendunt usque ad dimidium tibiaram. Ideo que gens illius contratæ si vivere volunt sibi faciunt unam unctionem qua illa unguunt. Nam aliter homines penitus morerentur, et dum sic sunt uncta in quibusdam sacculis illa ponunt circumcirca se cingentes.

5. *De Navigio ferrum nullum habente, in quo se transtulit Fr. Odoricus Tanam Indiæ.*

In hac contrata homines utuntur navigio quod vocatur Iasse siccum solem spago.<sup>1</sup> In unum istorum navigiorum ego ascendi in quo nullum ferrum potui in aliquo<sup>2</sup> reperire. In quod dum sic ascendissem in xxviii<sup>3</sup> dietis me transtuli usque ad Tanam<sup>4</sup> in qua pro fide Christi gloriosum martirium passi fuerunt quatuor nostri fratres minores: hæc terra multum bene est situata. In ea magna copia panis et vini et arborum reperitur. Hæc terra antiquitus fuit valde magna. Nam ipsa fuit terra regis Pori,<sup>5</sup> qui cum rege Alexandro prælium maximum comisit:<sup>6</sup> hujus terræ populus ydolatræ. Nam adorant ignem, serpentem et arbores. Hanc terram regunt Sarraceni qui eam ceperunt violenter, nunc subjacentes Daldili.<sup>7</sup> In hac reperiuntur diversa genera bestiarum. In qua potissime sunt leones nigri in maxima quantitate. Sunt autem symiæ et gattimaymones,<sup>8</sup> et noctuæ<sup>9</sup> ita magnæ sicut habentur hic columbæ. Hi etiam mures sunt ita magni sicut hic sunt canes scherpi.<sup>10</sup> Ideoque illic canes capiunt mures (quia) muriligæ seu katti ad hoc nihil valent.<sup>11</sup> In hac contrata quilibet homo ante domum suam habet unum pedem faxiolorum<sup>12</sup> ita magnum sicut hic una esset columpna; hic pes faxiolorum minime desiccatur dum modo sibi exhibeatur aqua, et multæ aliæ novitates sunt illic quas multum pulchrum esset audire. In hac contrata quæ Tana nuncupatur, ut jam dictum est, passi sunt gloriosum martirium quatuor fratres minores pro fide Christi quod per hunc modum habetur.

6. *Martyrium iv. Fratrum in civitate Tanæ.*

Dum predicti fratres essent in Ormes, passi<sup>13</sup> fuerunt cum una navi ut irent Polumbum;<sup>14</sup> in qua dum essent portati fuerunt malo suo velle,<sup>15</sup>

<sup>1</sup> Should be sutum solo spago as in Mus. Hak. has sutum sparto; Ven. sutum solum spugio; Bol. has navigio quod vocatur Iassefutum, an obvious misreading. Marc. has vase for the name of the shipping.

<sup>2</sup> Should be aliqua parte as in Mus. Bol. has in quo nullum Fratrum potui reperire, an absurd misreading.

<sup>3</sup> Ram. vinti giorni.

<sup>4</sup> This is Cavam in the transcript made for me, probably a misreading. Ven. has Tanam, the others Thanam or Thana, except Bol. which has Chanaam; Marc. Tana. Ram. Thana.

<sup>5</sup> Bol. has Ponti vel Parti.

<sup>6</sup> Mus. sicut in vitâ ejusdem Alexandri plenius invenitur.

<sup>7</sup> Hak. has regis Daldilo: all have this name nearly the same.

<sup>8</sup> The Italian Marc. has cocoveggie, screech owls, but bats are meant.

<sup>9</sup> Bol. cathi magni.

<sup>10</sup> Far. only has porci parvi; Ven. has sarpi sive canes; Hak. sicut sunt hinc scepi; Mus. scoipi id est canes tales; Bol. sicut in terris nostris canes qui dicuntur Depi. Marc. also has scherpi.

<sup>11</sup> Far. omits quia . . . . valent.

<sup>12</sup> Ven. plantam unam fasiolorum; Hak. fasciculorum; Mus. fasciolorum; Far. omits the sentence entirely.

<sup>13</sup> For pacti as in Ven., etc.

<sup>14</sup> Mus. Polumbum.

<sup>15</sup> Hak. has violenter deportati sunt; Mus. vellent nollent.